MONUMENTA
GERMANIAE

sed periculos a simplicitate converint et sibi adherentibus quibus plures apostate adheserunt qui statim communitatis[a] condempnabant et declaraciones[b] regule[c] et vocabant se fratres sancti Francisci. Seculares autem vocaverunt Bizoconos[d] vel fraticellos vel Bocasotos. Hii dogmatizabant, quod nullus summorum pontificum regulam beati Francisci declarare potuit. Item quod angelus[e] abstulit a Nicolao III papatus auctoritatem et ab illo tempore nullus fuit papa in ecclesia nec verus prelatus vel sacerdos nisi inter eos solum. Et quod ipsi soli sunt in via Dei et vera ecclesia. Et mutaverunt illi IIos sibi nomina, Ium vocavit se Liberatum, secundus Angelum, quia angelicas se fingebant revelaciones habere. Bonifacius vero V° ~~anno~~ a dampnavit sectam Fraticellorum sive Bisochorum dictorum et cum inquireret contra eos per inquisitores recesserunt de Urbe in Syciliam. Et ibi postquam satis comederunt et biberunt surrexerunt ludere et tubis arundineis tubicinare dicentes: Exultet ecclesia meretrix exultet et fractis tubis et uno calice in contemptum Romane ecclesie transierunt in Greciam et suos errores ibi publicaverunt. Papa autem predictus mandavit patri-

a) comunitatis
b) ciones auf Rasur. c) ~~re~~ re C
d) bizotos C.
~~aal~~ e) an^e C.
~~nichil C.~~